

re debet, siue vir, siue mulier, Quod idipsum in confirmatione fiat, cap. non plures, de consecr. dist. 4. cap. quamuis, de cognat. spir. lib. 6. Definitum est in Cōc. Trident. sess. 24. de refor. cap. 2. Non autē debent teneri ab illo, qui non est confirmatus, sicut nec in baptismo debent teneri ab illo, qui nō est baptizatus, de consecr. dist. 4. cap. in baptismo. Et non debent teneri à monacho nisi sit necessitas, vnde de consecr. dist. 4. non licet Abbati, vel monacho de baptismo suscipere filios, nec commatres habere, per sacramentum tamen confirmationis spiritualis cognatio contrahitur 3. q. 4. cap. si quis vnus. Et ligat decem personas, vt habetur per tex. & ibi Francus in cap. 1. §. ex confirmatione de cogn. spir. in 6. Sicut etiā in decem aliis personis oritur cognatio spiritualis in baptismo, d. cap. ex confirmatione. Hodie verò cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenentem, non egreditur, omnibus inter alias personas spiritualis cognationis impedimentis omnino sublati, vt habetur in d. Conc. Trid. vbi sup. cap. 2. in fi. Cognatio verò spiritualis ꝑ est quædam proximitas personarum proueniens ex sacramenti datione, vel ad id detentione, ita glossa, super verb. cognationem spiritualē, de cogn. spir. lib. 6. Et de hac habetur 30. quæst. 1. cap. omnes. Vnde si talis cognatio præcedit matrimonio, nō solum impedit, sed dirimit etiā post cōtractum, 30. quæst. 1. cap. 1. & extr. de cogn. spir. capit. veniens. Si vero sequitur, non dirimit, sed impedit quo ad exactionē debiti carnalis, si sine necessitate contrahitur, vt 30. quæst. 1. cap. ad limina. Et scienter, non per errorem, cap. si vir, de cogn. spir. alias non: vide plenus per Panor. 32. ibi, in d. cap. si vir. Oritur etiam ꝑ cognatio spiritualis inter confessarium, & illos quos audiuit in confessione: nam omnes quos in penitentiam accipimus ita filii nostri sunt, vt in baptismo suscepti, 30. quæst. 1. cap. omnes. Et presbyter fornicans cum filia sua spirituali, ab om-

ni officio deponitur, cap. si quis sacerdos, 30. quæst. 1. Et si est Episcopus 15. annis penitere debet, cap. non debet 30. quæst. 1. Talis autem cognatio est solum inter confessorem, & confessum. Vide gloss. in d. c. omnes. Et hæc de confirmatione.

De sanctissimo Eucharistiæ sacramento. Cap. VI.

DE hoc sacramento agitur per totam distinctionē secundam de consecratione, & extr. de celeb. miss. & sess. 13. in Conc. Trid. vbi de eius institutione habetur capit. 1. Deque ratione institutionis. c. 2. De excellentia capit. 3. & per nos in ser. 4. De excellentia sanctissimæ Eucharistiæ. De cultu, & veneratione, in Concil. Trident. capit. 5. De preparatione quæ adhibenda est, ut dignè quis sacram Eucharistiæ percipiat, cap. 7. & nos diffusius per duos sermones. De vniuersali huius sacramenti. Et quot modis sumatur: in Concil. Trident. cap. 8. & nos latè ser. 7. De pœna indignè sumentium corpus Christi. De efficacia & fructibus eucharistiæ est noster sermo particularis sextò. Qualiter dicatur sacrificium, habetur per nos ser. 4. Quibus nominibus uocetur, habetur in serm. 6. De pœnis 12. sumentium eucharistiæ. Et quod sumentes in peccato mortali assumentur ingratis iudicis, iuda, & Christi crucifixoribus, per totum ser. 7. Tandem qui vult legere varias decisiones ad hanc materiam attinentes, videat c. 38. in nostris Decis. lib. 2. de sacra Communione, vsque ad capit. 48.

De Poenitentia Sacramento. Cap. VII.

Subsequenter post confirmationem, & eucharistiā, quæ sunt sacramenta progredientium, ordinata ad perfectionem in bono, est videndum de poenitentia, quæ